

ENCOMIA

ILLVSTRIVM VIRORVM

A C

F O E M I N A R V M

Veteris Historiæ Sacræ,

Vnà cum collatione exterorum, qui sub diuersis
Imperijs, Regnis, ac Dynastijs fuere
illi Synchroni,

*Quibus vnus, ac veri Numinis cultores
præponuntur.*

Additur in fine

SYNCHRONOLOGIAE SYNOPSIS.

Auctore

I O: BAPTISTA MASCVLO

Neapolitano è Societate Iesu.

T O M V S A L T



VENETIIS, M. DC. LXIX.

Apud Nicolaum Pezzana.

Superiorum permissu, & Privilegio.

3

L E C T O R I
IO: BAPTISTA MASCVLVS
è Societate Iesu .

euangelii



Niuriam facerem antiquitati
(erudite Lector, ac pie) si
editis pridem Encomijs eo-
rum, quos post Liberatoris
nostri ortum ad immortali-
tatem religio consecrauit,
missos facerem priscos heroes, & heroínas,
de quibus in vetere historia sacra non sine
laude fit mentio: primas tamen partes illis
detuli, qui nos, & religione, & tempore,
propius attingebant. Præterquam quod is
tomus in lucem edi debuit prior, in quo, in-
ter cetera, continerentur Encomia magnæ
Matris Virginis eiusq; Filij, qui caput est om-
nium. Aggressus sum alterum hoc opus eo-
dem ferè consilio, & instituto, quo primum.
nam vt in illo Cælitum facta inter Encomia
sum partitus, & Fastos, qui continerent col-
lationem quandam exterorum cum nostris
non sine horum prærogatiua, ita nunc, præ-
ter Encomia, conferam Veteres, qui veri
Numinis fuere cultores, cum exteris, qui ipsis
synchroni insigne aliquid in vtranque par-
tem gesserunt; vt cum eos à nostris supera-

COLLATIO EXTERORVM,

Qui Patriarchis fuere Synchroni.



Væ à primis illis veri Dei cultoribus, Mundo vel recens edito, vel certè nondum in senium vergente, præclare, & cum virtute sunt acta, ea tantum habent dignitatis, & laudis, vt omnium aliorum etiam insigniâ virorum, qui superstitione obcæcati ruebant in tenebris, superent gloriam: hinc fit, vt, dum nostros Heroes conferre cum exteris aggredior, illi pudore affecti quodammodo sese subtrahant, atque in intimas antiquitatis latebras abdant. Mihi tamen omnino propositum est eos persequi, vt scipiam quasi indagine quadam vetustatem omnem; vestigijs prædam odorabor, excitabo latentes, ac per terrebo clamore, compellamque in casses, ac retia; venabulis quoque petam, atque confodiam, hoc est orationis stylo perstringam, ac demum prædam ipsam Religioni sacrabo.

*DE PRIMIS PARENTIBVS,
ac viris insignibus ante Cataclysmum.*

ADamus humani generis radix, & cõmunis omniũ Parens tanquã spirans quoddam simulacrũ aspirantis Dei, cuius manu primò compactum, & efformatum est, statim laudationem suo sibi iure deposcit; tamen cum aggredior, statim hæreo, quia idem, vt indulgeret vxori, signifer, & auctõr calamitosorum fuit: itaq; primanè illi officia deferam, an suprema per-

soluam